

2355

C O D I C E S

2356

(manifeste omiffa unitas) die *IIII* (omiffa decas) *Januarij* qui postmodum coruscavit miraculis. Amen. Anno 1331. 14. Jan. mortuum, consentiunt Scriptores Ordinis, sed emendandus ex diëtis *Waddingus*, qui *Annal. T. III. ad h. a. Itinerarium Utini* dictatum voluit. Copiose ceterum de Nostro egit *Job. Jos. Lirutus* in *Notizie de' Letterati del Friuli T. I. Venet. 1760. c. 17. p. 274.* quem, si lubet, adi.

Praetextae sunt *Codici* in membrana Literae executoriales *Fantini de Valle J. V. D. Archipresbyteri Parentini*, Pontificii *Capellani et S. Palatii Apost. causs. Auditoris sententiae pro Henrico Hecht* contra *Johannem Puor* de *Ratingen* latae, qua memorato *Hecht* Vicaria in Ecclesia *B. M. V. ad gradus Coloniae* adjudicatur. *Dat. Romae apud S. Petrum A. 1469. Indiët. 2. die 13. Jan. Pontificat. Pauli PP. II.*

anno quinto. Testibus *Nicolao Gleywitz* et *Henrico Konen de Sprinck* notariis publicis. Subscripsit *Vitus Truchsefs* clericus *Bamberg.* Vice *M. Henrici Le-benther* clerici *Herbipolen.*

DCXVI.

Codex chartaceus immixtis tamen membranis, lat. Sec. XV. Folior. 287. 4. a Diversis conscriptus continet, quae sequuntur: I. *Alani de Insulis*, de quo videri potest *Index, Anticlaudianum*, sive Poema versu hexametro, in IX. Libros distinctum, quae tamen Distinctio in *Codice* observata non est. De ejus Nomine, Materia, Editionibus agit *Polyc. Leyserus* in *Hist. Poetar. et Poem. med. Aevi* p. 1016. ubi etiam Praefationem et Librum I. e *Mf. Helmstadiensis* exhibet ob lectionis varietatem. Ad Praefat. quae incipit:

*Autoris mendico stilum falerasque poete.
Ne mea segnicie clio deiecta senescat &c.*

obfero, in Exemplaribus quibusdam Caesareis *Aurorae Petri de Riga* praefixam reperiri, adeo-

que dubium esse, ad utrum re ipsa pertineat. Opus ipsum, cujus initium:

Ut sibi iuncta magis nature dona resultent &c.

fat emendate scriptum definit:

Exhaustis proprio concludens sine laborem.

Adjecit Librarius: *Explicit per manus Nicolai de Wratislavia.*

II. fol. 57. subeunt per 2. columnas exarata *Precepta Magistris*

2357

A S C E T I C I.

2358

stri Hainrici de firmaria (l. Firmaria seu Vrimaria) ord. S. Aug. Initium: *Audi israel precepta domini et ea in corde tuo quasi in libro scribe* &c. Vide, quae de hoc Praeceptorio five Commentario in Decalogum notavimus ad Cod. CCCCXV.

III. fol. 110. p. 2. absque inscriptione Sermo de Passione Domini in illud: *Respice in faciem Christi tui* &c. Incipit: *In uerbis propositis spiritus sanctus inuitat quamlibet animam deuotam* &c. Putem esse ejusdem Autoris.

IV. fol. 114. p. 2. *Tractatus*, ut e calce praeoccupo, *Seneca de quatuor virtutibus siue de formula honeste uite*. Initium: *Quatuor virtutum species multorum sapientum sententijs diffinitae sunt* &c. Est Martini Ep. Braccarensis, ut dictum ad Codd. CXCIII. aliosque.

V. fol. 117. Collatio, ut rursus e calce, in forma facta Faurini in sancta synodo A. D. M^o CCCC^{mo}. XXVIII^o. dominica prima post octauas corporis christi per fratrem Johannem de Prucka solo nomine lectorem ord. f. Heremitarum s. augustini. In illud: *Resistite fortes in fide*. I. Pet. c. 5. Initium: *Ethereus ille diuinorum contemplator ex raptu lymphidissimo sanctarum scripturarum exarator* &c. Finis Oratoris, ut ipse ait, est: *ut nostre mentes roborentur firmiter sine obstaculi interstructione, nostre vires acuantur celeriter in hostium deiectione, nostre voluntates regulentur conformiter a dei bonitate* Denis Codd. Theol. V. I. P. II.

&c. De Episcopo sperandum dicit, *ymo omnino presumendum*, eum omnes boni Praesulis partes implere. De vitiis Gentium haec legas: *Francigene ymitantur superstitionem vanitatis et vane glorie. Anglici efferuntur capitis tumiditate et pompa elacionis et superbie. Ytalici et gallici sestantur auariciam et vicium indicibile. Vngari variantur instabilitate mentis et perfidie. Alamanni debachantur immoderata luxuria et gulositate*. Nihil de hoc Viro meminit Ofsingerus in Bibl. Ord. nec de Synodo Faurinensi sub Clemente Ep. qui ab a. 1419. ad a. 1438. fedit, aut Prayus in Hierarch. Hung. aut Laur. Karolyi in Speculo Faurin. Eccl.

VI. fol. 123. Sermo alter de Passione Domini, in illud: *Foderunt manus meas* &c. Quia ista sacra die passio christi est cuiuslibet fidei deuotissime meditanda &c.

VII. fol. 137. Sermo de assumptione virginis gloriose factus wyenne per magistrum Johannem de Recz ord. herem. sancti augustini. anno 1471. in illud: *Misit de excelfo et assumpsit me* &c. Initium: *Verba proposita quamuis sint et fuerint eximij prophetarum ipsius scilicet dauid* &c. Sermo prolixus est et Praeambulo de predicatoris verbi diuini dispositione instructus. Elogium Oratoris, qui a. 1402. Viennae mortuus est in tumulo Thomae de Argentina et Gregorii de Arimino doctorum Sodalium locatus fuit, textit Ofsingerus in Bibl. Ord. p. 740. unde liquet annum in titulo pra-

D d d d

ve

ve expressum fuisse, legendumque pro ΔI. potius II. Adhaerent ad calcem Notata quaedam praedicabilia.

VIII. fol. 152. Sermones IV. Primus in illud *Lucae* 10. *Beati oculi, qui vident, que vos videtis* &c. Alter in illud *ibid.* *Diligens dominum deum tuum* &c. Tertius in illud *Luc.* 17. *Cum iret ihesus in iherusalem* &c. Quartus in illud: *Surge, vade, quia fides tua* &c. *ibid.*

IX. fol. 164. Sermones III. habiti ad Academicos. Primus in laudem S. Scripturae, in illud: *Illuminabit abscondita tenebrarum. I. Cor.* c. 6. Initium: *Vt diem lucis coruscante fulgore nubilose mentis acies* &c. Alter in laudem S. *Augustini*, in illud: *Loquebatur reſte. Matth.* 7. Initium: *Celeberrimus reuerendissimi Patres — pater noster et pontifex Augustinus* &c. Tertius iterum in laudem S. Scripturae, in illud: *Fecit beſeleel archam de lignis ſethim* &c. *Exod.* 37. Initium: *Deus omnipotens qui eſt rerum omnium per ſue bonitatis affluentiam* &c. Adhaerent quodlibeticae Quaestiones et Observata Theologica.

X. fol. 174. Sermones alii V. quorum Primus de vita et moribus Sacerdotum. Thema: *Videte quomodo caute ambuletis. Ad Epheſ.* 5. Initium: *Doſtor venerabilis Hugo de ſancto Victore in principio ſui libri de bono conſcientie* &c. Secundus habitus in Actu Academico. Initium: *Reuerendi Patres. Magiſtri. fratresque*

*in chriſto dilecti. Auxilio diuine maiestatis conſiſus de veſtraque ſupportacione benigna preſentis actus ſeriem quadruplici membro intendendo condiuidere. Membra haec ſunt: Dei Invocatio, Laus S. Scripturae, Quaestionis Diſcuſſio et Actio Gratiarum. Tertius de Conceptione B. V. M. Thema: *Ad noſtram doſtrinam ſcripta ſunt. Ad Rom.* 15. Initium: *Ad laudem alme virginis marie matris omnium ſaluatoris* &c. Quartus brevior in Commendationem cuiusdam Examinati *Facultatis*, ut videtur, *Medicae*; haec enim mox ſub principium in ejus laude ponuntur: *Velut bonus loycus diſſoluit logicalia litigia. Velut bonus phiſicus cognouit phiſicalia principia. Velut bonus medicus docuit corporalia remedia.* Nihil tamen additur, unde Virum noſcas. Quintus in laudem S. Scripturae inſtar *Προλεγομενων* in expositionem *Cantici Canticorum*. Thema: *Fauus diſtillans labia tua* &c. *Cant.* 4. Initium: *Reuerendi Patres* &c. Quoniam ut ait venerabilis *Hugo de ſancto victore dydaſcolikon l. 4. c. 4.* &c.*

XI. fol. 194. Quaestiones II. Theologicae ventilatae, quarum Prior: *Vtrum per ſolum exercitium ſtudij theologie aliquis purus viator Deum eſſe iuſtum premia-torem poſſit cognoscere?* Altera: *Vtrum omne verum Theologicum perfeſtius cognoscatur per Theologiam. quam per quam cunque aliam ſcientiam?*

XII. fol. 207. p. 2. Commentarius imperfectus in *Petri Lombardi*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 3531

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

2361

A S C E T I C I.

2362

bardi Libros Sententiar. Initium: Cupientes &c. Magister huic operi premittit quendam prologum in quo volens inducere auditores et lectores ad amorem huius operis &c. Adhaerent alia Adversaria et Quaesita Theologica, quae omnia cum Sermonibus recensitis ad Academiam

Viennensem pertinere, dubium non est.

DCXVII.

Codex chartaceus lat. Sec. 279
XV. Folior. 76. f. inscribitur:
Magister alanus de planctu nature.
Initium est:

In lacrimas risus in luctus gaudia uerto &c.

Finis: *mystice aparicionis derelinquit aspectus. Amen Anno Domini 1441 feria II ante praxedis virginis Explicit liber venerabilissimi Magistri Alani De planctu nature. Vide, si placet, quae de isthoc Opere ad Cod. CCCXXIX. diximus, a quo praesens differt primo, quod passim notulis cum intra lineas, tum in margine adspersus sit, dein, quod Rhythmos in fine nullos adjunctos habeat.*

scriptus, rubricis distinctus, olimque, ut *fol. ult.* minio notatur: *Liber Ecclesie Campensis prope Berckam* hunc praefert titulum: *In nomine domini. Incipit libellus de fuga uiciorum.* Librum dicas potius; est enim Poema didacticum elegiacum multis versuum millibus constans, multisque, quae aevi illius feruntur, Poematibus nulla ratione inferior, etfi, quod sciam, nemini adhuc memoratum. Cui dicatum fit, praevia docet Elegia in hunc modum:

DCXVIII.

756 Codex membraneus lat. Sec.
XIV. Folior. 148. 8. probe

*Ecclesie speculum pastor uenerande philippe.
Gemma sacerdotum. presul aquensis aue.
Pontificum forma. uia pacis. semita morum.
Regula iusticie. clara lucerna gregis.
Presidium cleri. miseris pietatis asilum
Cultor honestatis ductor ouilis aue.
Suscipe transmissum presul metuende libellum.
Nec moueant animum uerbula macra tuum.
Perlege metra petri manantia paupere uena.
Pauper ei fons est. pauperiorque lacus. &c.*

D d d d 2

Tum